Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



49

Matheus euangelista sic orsus est. Liber generationis ihu xpi filii dd filii abraham quo exordio suo satis ostendit generationem xpi secdm carnem se suscepisse nascendam secdm hanc enim xpi filius hominis est. qd etiam seipse sepissime appellat commendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa supna ac sempiterna generatio secdm quam filius di unigenitus est. ante omnem creaturam qua ipsum omnia facta sunt. Ineffabilis est. ut de illa dictum apphetae intelligatur generationem eius quis enarrabit. Exsequitur ergo humanam generationem xpi matheus ab abraham generatores commemorans quos perducit ad ioseph uirum marie de qua natus est ihs.

II.

Neq: enim fas erat uirum ob hoc a coniugio mariae separandum putarit quod non ex eius concubitu sed uirgo peperit xpm. Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis etiam seruata pari consensu continentia posse permanere uocari que coniugium non permixto corporis sexu sed custodito mentis affectu perseuerans quia nec sicut etiam filius potuit sine illo complexu carnali qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Neq: enim propter ea non erat appellandus ioseph pater xpi quia non eum concubendo genuerat quando quidem recte pater et etiam eius quem non ex sua coniuge p. creatum aliunde adoptasset. putabatur quidem xpi et aliter filius ioseph tamquam eius omnino carne p genitus sed ab eis hoc putabatur quos maria latebat uirginitas. Nam lucas ait. Et ipse ihs erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius ioseph. Quamuis tamen lucas non eius parentem solam maria: sed ambos parentes eius appellare minime dubitauit. Libiatur. Puer autem crescebat et confortabatur plenus